27/3 1588

+

Admodum Rndi Dni Dnj &c.

Salutem, et promptum in omnibus obsequendj studium.

Serenissimus REX meus Sigismundus III. cum de inopinata morte Rndj quonda Dni Ioannis Rosenbergij, ex aliorum relatu, certj aliquid accepisset, memor pere, grinationum et laborum meorum; privilegiorum quoqz Capituli Varmien, habita ratione; voluit me quantum in se fuit, pro liberalitate et clementia sua regia in eum locum sufficere. Rndas Ds Vs eo quo possum et debeo studio humaniter rogo, dignentur huic primae Mtis suae petitioni, quantum quietem fieri potest, condescendere, et me, indignum licet, in numerum confratrum Capli praememoratj, ad intercessionem Mtis suae benigne admittere. Facient, rem Mti suae longe omnium gratissimam. Quod mearum partium fuerit, ego vicissim, pro Venerabili Caplo, ubi necessitas requisierit, eam, apud Mtem suam locabo operam, ut intelligant Rae Ds V. me non absqz fructu aliquo in locum praememorati D. Rosenbergij fuisse substitutum. Bene valeant Rae Vae. Raptim ex arce regia Cracovien, Dnca Laetare quae fuit 27 Martij A. 1588.

R. Dn Wm

Servus.

Jacobus Holzt. Brunsbergen.

76

ptt

†

Admodum Rdis Dnis, Dnis Prae-
latis, Canonicis, totiq3 Capto Cathe-
drali Ecclae Varmien. etc.
Dnis suis